Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



eius crura: sed unus militum lancea latus eius aperuit. et continuo
exiuit sangius et aqua. Et qui uidit testimonium perhibu
it. et uerum est eius testimonium. Et ille scit quia uera dicit.
ut et uos credatis. Facta sunt autem hec: ut scriptura im
pleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura
dicit. Videbunt in quem transfixerunt. Post hec autem
rogauit pylatum ioseph ab arimathya eo quod esset di
scipulus ihesu. occultus autem propter metum iudeorum: ut tolleret
corpus ihesu. Et permisit pylatus. Venit ergo et tulit corpus
ihesu. Venit autem et nichodemus qui ueniat ad ihesum nocte pri
mum ferens mixturam mirre et aloes. quasi libras centum.
Acceperunt ergo corpus ihesu: et ligauerunt eum lintheis cum a
romatibus sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco ubi
crucifixus est ortus: et in orto monumentum nouum: in quo
nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorum.
quia iuxta erat monumentum posuerunt eum. In Vigilia
In principio creauit deus: celum et terram. Terra Pasche
autem erat inanis et uacua: et tenebre erant super faciem
abyssi: et spiritus domini ferebatur super aquas. Dixit quoque deus. Fiat
lux. Et facta est lux. Et uidit deus lucem quod esset bona: et di
uisit lucem a tenebris: appellauitque lucem diem et tenebras
noctem. Factumque est uespere et mane dies unus. Dixit quoque
deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: et diuidat aquas
ab aquis. Et fecit deus firmamentum. diuisitque aquas
que erant sub firmamento: ab his que erant super firma
tum. Et factum est ita. Vocauitque firmamentum celum.
Factumque est uespere et mane dies secundus. Dixit uero deus. Con
gregentur aque que sub celo sunt in locum unum: et ap